tollis peccata mundi su scipe deprecatio
nem nostram. Qui sedes ad dexteram pa
tris miserere nobis. Quoniam tu solus
sanctus. Tu solus dominus. Tu solus
altissimus ihesu xpiste. Cum sancto spiritu
in gloria dei patris A men. R.


Benedicta et uenerabilis es uirgo
mari a que si ne tactu pudoris
inuen ta es mater saluato
ris. V. Virgo
dei geni trix quem to tus non
capit or bis in tua se clausit ui
scera factus ho mo.
Alla. V.
Virga iesse.
offic.


Recordare virgo mater dum ste
teris in conspectu dei ut loquaris pro
nobis bona et ut avertas indignatio
nem suam a
nobis.
Alle lu ya.
Sanctus. Sanctus.
Sanctus. Dominus deus sabba


oth. Pleni sunt celi et terra gloria tua
osanna in excelsis. Benedictus qui ve
nit in nomine domini osanna in excelsis.
Agnus de i qui tollis peccata mundi
miserere nobis. Agnus de i qui tol
lis peccata mundi miserere nobis. Agnus
de i qui tol lis peccata mundi dona no

[no]bis pacem. Co. Ave regina celorum ma-
ter regis angelorum o maria flos virginum
velut rosa vel lilium funde preces ad filium
pro salute fidelium. Tpre resp. Alleluya.
alle lu ya. Ite missa est.
Deo gratias.


A septuagesima usque ad pascha loco Alla. dicitur Tr. Gaude maria.
cetera ut supra. nisi quod. Gloria in excelsis. et Ite missa est. non dicuntur. Tempore resurr. primum. Alla. V. Virga. y. Alla. V. Surrexit dominus et occurrit. cetera ut supra.

Tpre ascens. pmū. Alla. V. Virga. scdm. Alla. V. Ascendens xpc. cetera ut sup. Pro quacumqz necessitate offm. Salus ppli. R. Liberasti. Alla. V. Propicia. off. Si ambulavero. co. Tu mandasti. In toto duplici & dupl.

Kyrie eleyson. Xpiste eleyson. Kyrie eleyson. Kyrie eleyson.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibz bone voluntatis. Laudam⁹


te. Benedicimus te. Adoramus te. Glo
rificamus te. Gratias agimus tibi
propter magnam gloriam tuam. Domine
deus rex celestis de us pa ter omnipotens.
Domine fili unigenite iesu xpiste. Domine
deus agnus dei filius patris. Qui tollis pec
cata mundi miserere nobis. Qui tollis pecca


mundi suscipe deprecationem nostram. Qui
sedes ad dexteram patris miserere nobis.
Quoniam tu solus sanctus. Tu solus do
minus. Tu solus altissimus iesu xpi
ste. Cum sancto spi ritu in gloria dei
Credo in unum
patris A me.
deum patrem omnipotentem factorem celi et

terre visibilium omnium et invisibilium.

Et in unum dominum ihm xpm filium

dei unigenitum et ex patre natum ante om-

nia secula. Deum de deo lumen de lumine de-

um verum de deo vero genitum non factum

consubstantialem patri per quem omnia facta

sunt. Qui propter nos homines et propter


nostram salutem descendit de celis et incarna
tus est de spiritu sancto ex maria uirgine. Et
homo factus est. crucifixus etiam pro nobis
sub pontio pylato. passus et sepultus est. Et
resurrexit tercia die secundum scripturas et
ascendit in celum sedet ad dexteram patris et
iterum uenturus est cum gloria iudicare ui


uos et mortuos. cuius regni non erit finis. Et
in spiritum sanctum dominum et uiuificantem.
qui ex patre filio q; procedit. qui cum patre et
filio simul adoratur ⁊ conglorificatur qui lo
quutus est per prophetas. Et unam sanctã
catholicam et apostolicam ecclesiam. Confite
or unum baptisma in remissionem peccatorum.


Et expecto resurrectionem mortuorum.
Et uitam futuri seculi A men.
San ctus. Sanctus. San
ctus. Dominus deus sabaoth. Pleni sunt
celi et terra gloria tua osanna in excel
sis. Benedictus qui uenit in nomine
domini o sanna in ex cel sis.


Agnus dei qui tollis peccata mundi
miserere nobis. Agnus dei qui tollis pecca
mundi miserere no bis. Agnus dei
qui tollis peccata mundi dona nobis pa
cem. te nulla est. Deo
In festo semidu plicibus.
gratias.
eleyson. Xpiste eleyson.


Kyrie eleyson. Kyrie
Gloria in excelsis deo. Et
e leyson.
in terra pax hominibus bone voluntatis. Lau
damus te. Benedicimus te. Adoramus te.
Glorificamus te. Gratias agimus tibi
propter magnam gloriam tuam. Domine


deus rex celestis. deus pater omnipotens.
Domine fili unigenite salus nostra ihesu
xpiste. Domine deus agnus dei filius patris.
Qui tollis peccata mundi miserere nobis.
Qui tollis peccata mundi suscipe deprecatio
nem nostram. Qui sedes ad dexteram patris
miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus.


Tu solus dominus. Tu solus altissimus
Iesu xpiste. Cum sancto spiritu in gloria
dei patris Amen. Sanctus.
Sanctus. Sanctus. Dominus deus sa
baoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua
osanna in excelsis. Benedictus
qui uenit in nomine domini osanna

in excelsis. Agnus dei qui

tol lis peccata mundi miserere no

bis. Agnus dei qui tollis peccata mundi

miserere no bis. Agnus dei qui


tol lis peccata mundi dona nobis pa

cem. Ite missa est. Deo grãs.

In dñicis z festis sim plicib9.

Kyrie eleyson. Xpiste

du 2
Ton


eleyson. Kyrie eleyson. Kyrie
Gloria in excelsis deo. eleyson.
Et in terra pax hominibz. bone voluntatis.
Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus
te. Glorificamus te. Gracias agimus ti
bi. propter magnam gloriam tuam. Do
mine deus rex celestis deus pater omnipotens.

Domine fili unigenite ihesu xpiste. Domine
deus agnus dei filius patris. Qui tollis pec
cata mundi miserere nobis. Qui tollis pec
cata mundi suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis.
Quoniam tu solus sanctus. Tu solus do
minus. Tu solus altissimus ihesu xpiste.


Cum sancto spiritu in gloria dei pa tris
A men. Sanctus. Sanctus.
Sanctus. Dominus deus sabaoth. Pleni
sunt celi et terra gloria tua osanna in excel
sis. Benedictus qui venit in nomine domini
o sanna in excelsis. Agnus dei qui tollis
peccata mundi miserere nobis. Agnus dei qui

tollis peccata mundi: miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem. Ite missa est. Deo gratias.

Istud sequens. Benedicamus. dicitur in dominicis de adventu & in vigilia natalis dñi. & in festo innocentium nisi dñica fuerit. & in dñica in septuagesima & deinceps in dñicis & in festis semiduplicibz usqz ad cenam dñi inclusive. Dicitur etiam in sabbatis quando de beata virgine celebratur missa in predictis temporibz. In missis matutinis infra octavas.

Benedicamus domino. Deo gratias. Kyrie eleison.

6
ent
vtf

Xpiste eleyson. Kyrie e leyson.

Kyrie eleyson.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibz. bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus

rex celestis deus pater omnipotens. Domi
ne fili unigenite iesu xpiste. Domine de
us agnus dei filius patris. Qui tollis
peccata mundi miserere nobis. Qui tollis
peccata mundi suscipe deprecationem nostrā.
Qui sedes ad dexteram patris miserere no
bis. Quoniam tu solus sanctus. Tu so

lus altissimus ihesu xpiste. Cum sancto spi

ritu in gloria dei patris A men.

Sanctus. Sanctus. Agnus dei. Ite missa est. Deo gratias.

In festo trium lectionum.

Kyrie e leyson. Sanctus. Sanctus.

Agnus dei. Benedicamus domino. Deo gratias.

p̄dicta. Kyrie el. Sanctus. et Agnus. et Bn̄dicamus. dicitur ī vigilia b̄ti andree quādo ī dn̄ica cōtigit ⁊ c̄.


eiusdem. In profestis diebus.
Kyrie eleyson. Xpiste eley son. Kyrie eleyson. Kyrie e leyson.
Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra glia tua osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis.
Agnus dei qui tollis peccata mundi mise


rere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mũdi
dona nobis pacem. Benedicamus domino. De
o gratias.
Quãdo episcopus celebrãt
Humiliate nos ad be
nedictionem. ℟. Deo gratias.
In missis defuncto rum.
Kyrie e leyson. Xpiste eleyson.
Kyrie e leyson. Kyrie eleyson.
Sanctus. Sanctus. Sanctus. Agnus


dei qui tollis peccata mundi dona eis requiem. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona eis requiem. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona eis requiem sempiternam. Requiescant in pace. Amen.

17




In nativitate dn̄i ⁊ duobȝ diebȝ sequētibȝ ⁊ ī epyphania ⁊ in purificatione sequentia.

Letabundus exultet fidelis


chorus alleluya. Regem regum intacte
profudit thorus res miranda. Angelus
consilij natus est de virgine sol de stella.
Sol occasum nesciens stella semper ruti
lans semper clara. Sicut sydus radium
profert virgo filium pari forma. Neque sy
dus radio neque mater filio fit corrupta.

Cedrus alta libani conformatur ysop
ualle nostra. Verbum eius altissimi cor
porari passum est carne sumpta. Ysaias
cecinit synagoga meminit nunquam
tamen desinit esse ceca. Si non suis ua
tibus credat uel gentilibus sibillinis uersibus
hec predicta. Infelix propera crede uel uete


ra cur damnaberis gens misera. Quem do-
cet littera natum considera ipsum genuit
puerpera. Alleluya.
In die pasche et duobus sequentibus sequentia.
Victime paschali laudes immolant xpi-
stiani. Agnus redemit oues xpistus inno-
cens patri reconciliauit peccatores. Mors
et uita duello conflixere mirando dux uite

mortuus regnat uiuus. Dic nobis mari
a quid uidisti in uia. Sepulchrum xpisti
uiuentis et gloriam uidi resurgentis. An
gelicos testes sudarium et uestes. Surrexit
xpistus spes mea precedet suos in galyleam.
Credendum est magi soli marie ueraci quā
iudeorum turbe fallaci. Scimus xpistum

surrexisse ex mortuis uere tu nobis uictor rex

miserere. Alleluya.

In ascensione domini sequentia.

Omnes gentes plaudite festos choros

ducite xpisto triumphante. Redit enim ui

ctoria capta ducens spolia tuba iubilante.

Pape quam magnificum hodie dominicum

carmen gloriatur. Terre fructus hodie su

per thronos aurie celi sublimatur. Intrat
tabernaculum moyses et populum trahit
ad spectaculum tante uirtus dei. Stant
suspensis uultibus intendentes nubibus ihesu
subducentibus uiri galylei. Dum helyas
subleuatur helyseo duplex datur spiritus
et pallium. Alta xpistus dum conscendit

seruis suis mnas appendit gratiarum omni-

um. Transit iacob hunc iordanem luctans

gemens non manens auras usus baculo.

Redit turmis cum duabus angelis et ani-

malibus et thesauri sacculo. Hic est fortis

qui de mortis uictor portis intrauit cum

gloria. Rex uirtutum cuius nutum et

ꝗ virtutum tima tremuit regia. Vocat pater fi
lium ad consessus solium donec suppedaneos in
aos uel spontaneos ponat inimicos. Sedet in
altissimis fruitur pontifi mus redit in no
uissimis indicans ex intimis iustos et iniquos.
Veni deus ultionum ueni cum clementia dum
sistemur ante thronum in tua presentia. Omne


nobis tunc auditam fac miseri cordiam in
perhennem transfer uitam ad futuram gloriam.
Sancti spiritus
In die pentecostes. sequentia.
A men.
assit nobis gratia. Que corda nostra sibi faci
at habitacula. Expulsis inde cunctis uicijs
spiritualibz. Spiritus alme illustrator omnium.
Horridas nostre mentis purga tenebras. Ama


tor sancte sensatorum semper cogitatuum.
Infunde unctionem tuam clemens nostris sen
sibus. Tu purificator omnium flagitiorum
spiritus. Purifica nostri oculum interioris
hominis. Ut videri supremus genitor possit
a nobis. Mundi cordis quem soli cernere
possit oculi. Propterea tu inspirasti ut preco

nia xpisti p̄recinuissent inclita. Apostolos
confortasti uti tropheum xpisti per totum mu
dum veherent. Quando machinam p̄ verbū
suum fecit deus celi terre marium. Tu super a
quas foturus eas numen tuum expandisti spiri
tus. Tu animabz vivificandis aquas fecun
das. Tu aspirando das spiritales esse homines.

Tu diuisum pr' linguas mundum et ritus ad
unasti domine. Ydolatras ad cultum dei reuo
cas magistrorum optime. Ergo nos supplican
tes tibi exaudi propicius sancte spiritus. Si
ne quo preces omnes casse creduntur & indig-
ne dei auribz. Tu qui omnium seculorum
sanctos tui numinis docuisti instinctu ample

ctendo spiritus. Ipse hodie apostolos xpi
sti donans munere insolito ⁊ cunctis ī
audito seculis. Hunc diem gloriosū
fecisti. Alleluya.

In crastino pentecostes ⁊ die sequenti Sequentia.

Veni sancte spiritus ⁊ emitte celitus
lucis tue radium. Veni pater pauperum
veni dator munerum veni lumen cordiū.


Consolator óptime dulcis hospes anime
dulce refrigerium. In labore requies in estu
temperies in fletu solatium. O lux bea
tissima reple cordis intima tuorum fideli
um. Sine tuo numine nichil est in ho
mine nichil est innoxium. Lava quod
est sordidum riga quod est aridum sana

quod est saucium. Flecte quod est rigidum fo-
ue quod est frigidum rege quod est deuium.
Da tuis fidelibus in te confidentibus sacrum
septenarium. Da uirtutis meritum da sa-
lutis exitum da perenne gaudium. Amen.

In festo sancte trinitatis sequentia.

Profitentes unitatem uene-
remur trinitatem pari reuerentia. Tres per-


sonas asserentes personali differentes a se
differentia. hec dicuntur relati ue cum
sint unum substantie non tria principia.
Siue dicas tres uel tri a simplex ta-
men est usya non triplex essentia. Sim-
plex esse simplex posse siplex uelle siplex nosse
cuncta sunt simplicia. Pater proles sa-

crum flamen deus unus ⁊ hi tamen habent

quedam propria. Non unius quam dua

rum sine trium personarū minor effica

tia. Una uirtus unum numen unus sple

dor unum lumen hec una quod alia. Patri

proles est equalis nec hec tollit personalis

amborum distinctio. Patri compar filio q;


spiritalis ab utroque procedit connexio. Non
humana ratione capi possunt he persone
nec harum discretio. Non hic ordo tempora
lis non hic situs aut localis rerum circum
scripcio. Nil in deo preter deum nulla cau
sa preter eum qui creat causalia. Effecti
ua uel formalis causa deus et finalis sed


nunquam materia. Digne loqui de perso
nis cum transcendit rationis excedit inge
nia. Quid sit gigni quid processus me nes
cire sum professus sed fide non dubia. Nos
in fide gloriemur nos in una modulemur
fidei constantia. Trine sit laus unitati
sit ⁊ simplex trinitati coeterna gloria. Amen.

De corpore xpisti sequentia.

Lauda syon salvatorem lauda
ducem et pastorem in ympnis et canticis. Quan-
tum potes tantum gaude quia maior omni
laude nec laudare sufficis. Laudis thema
specia lis panis vivus et vitalis hodie pro
ponitur. Quem in sacre mensa cene tur
be fratrum duodene datum non ambigitur.


Sit laus plena sit sonora sit iocunda sit de-
cora mentis iubilatio. Dies enim sollem-
nis agitur in qua mense prima recolitur
huius institutio. In hac mensa novi regis
novum pascha nove legis phase vetus termi-
nat. Vetustatem novitas umbram fugat
veritas noctem lux eliminat. Quod in cena

xpistus gessit faciendum hoc expressit in sui
memoriam. Docti sacris institutis panem
uinum in salutis consecramus hostiam. Do
gma datur xpistianis quod in carnem transit
panis ⁊ uinum in sanguinem. Quod non
capis quod non uides animosa firmat fides pre
ter rerum ordinem. Sub diuersis speciebus

signis tantum et non rebus latent res eximie.

Caro cibus sanguis potus manet tamen christus

totus sub utraque specie. A sumente non conci

sus non confractus non divisus integer acci

pitur. Sumit unus sumunt mille quantum

isti tantum ille nec sumptus absumitur.

Sumunt boni sumunt mali sorte tamen in


equali uite uel interitus. Mors est malis ui
ta bonis uide paris sumpcionis quam sit dis
par exitus. Fracto demum sacramento ne ua
cilles sed memento tantum esse sub fragmento
quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura
signi tantum fit fractura qua nec status nec
statura signati minuitur. Ecce panis ange


lorum factus cibus viatorum vere panis fi
liorum non mittendus canibus. In figu
ris presignatur cum ysaac immolatur
agnus pasche deputatur datur manna pa
tribus. Bone pastor panis vere ihesu nostri
miserere tu nos pasce nos tuere tu nos
bona fac videre in terra viventium.

Tu qui cuncta scis et uales qui nos pas-
cis hic mortales tuos ibi commensales co-
heredes et sodales fac sanctorum ciuium.
Amen.

In die consecracionis et in anniuersario dedicationis ecclesie. Sequentia.

Rex salomon fecit templum quorum
instar et exemplum xpiste et ecclesia.
Huius hic est imperator fundamentum et

fundator mediante gratia. Quadrata templi

fundamenta marmorea sunt instrumenta

parietum pari a. Candens flos est casti

tatis lapis quadrus in prelatis virtus et

constantia. Longitudo latitudo templi q3

sublimitas. Intellecta fide recta sunt fides

spes caritas. Sed tres partes sunt in tem

plo trinitatis sub exemplo una summa me-

pia. *Prima* Quia signat uiuos cunctos et secun-

da iam defunctos redi uiuos tertia. Secun-

genos queq; per se sed et partes uniuerse la-

tent latitabitos. Harum trium tres con-

uentus trinitati dant concentus unitati dedi-

tos. Templi cultus exitat multus cynamus


odor domus mirra stactis cassia. Que honor
decus morum atq; honos precum sonos sunt
significantia. In hac casa cuncta vasa sūt
ex auro de thesauro preelecta penitus. Nam
magistros et ministros decet doctos z excoctos
igne sancti spiritus. Sic ex bonis salomo
nis que rex dauid preparauit fiunt edifi

cia. Nam insignis rex insignius uiuit tyri ci-

uis uiri tractant artificia. Iam ex gente iude-

is q̄ꝫ sicut templum ab utrisq̄ꝫ condiatur ecclesia.

Xpiste qui hanc et os unus lapis huic ⁊ his cō-


minus tibi laus ⁊ gloria. A- men.

In an̄ūciacione tēpore resurrectōis

Se- quē- cia.

Aue maria gratia plena. Dominus tecum uirgo serena. Benedicta tu in mulieri-


bz. que peperisti pacem hominibz ⁊ angelis glori
am. Et benedictus fructus uentris tui qui co
heredes ut essemus sui nos fecit per gratiam.
Per hoc autem aue mundo tam suaue contra
carnis iura. Genuisti prolem nouam stella
solem noua genitura. Tu parui ⁊ magni leo
nis ⁊ agni saluatoris xpisti templum extitisti


sed uirgo intacta. Tu floris ⁊ roris panis ⁊
pastoris uirginum regina rosa sine spina geni
trix es facta. Tu ciuitas regis iustitie. Tu
mater es misericordie. De lacu fecis ⁊ miserie.
Theophilum reformans gratie. Te collaudat
celestis curia. Tu mater es regis ⁊ filia. Per
te reis donatur uenia. Per te iustis confertur

gratia. Ergo maris stella verbi dei cella et

solis aurora. Paradysi porta per quam lux

est orta natum tuum ora. Ut nos sol

vat a peccatis et in regno claritatis quo

lux lu cet sedula collocet per secula. Amen.

In festo sancte trinitatis sequentia.

Adest dies celebris quo lu

men de tenebris exortum [illegible]. Nam



ab infidelib; petrus dispar moribz ortus
mundo claruit. Mundum mundus ab
iat ordini se subiciat euangelizancium.
fit salutis speculum morumqz spectacu
lum uas uirtutum omnium. Castus
pudiciciam et baptismi graciam conser
uat uiriliter. Verbi semen seminat euo

res exterminat uerbo pugnans fortiter. Qui
non cedit hostibus resistens erroribus iusti san
guis funditur. A prophanis manibus sanctus
diris ictibus invasus occiditur. Xpisti fam
ulus celi transit ostia cum palma marti
rii. Sempiterna gaudia possidet cum glo
ria decentem premium. O orbi mors demo


nia petri per suffragia depelluntur penitus.
Credit plebs incredula uidens hec miracula
fieri diuinitus. Nobis ergo ueniam det
deus et gratiam petri prece sedula. Et post
hanc miseriam largiatur gloriam per eterna
secula. Amen. De sco iohe baptista. Responsoria.
Precursorem summi regis et precone


noue legis celebrat ecclesia. In hac luce
tam festiua gaude mater et uotiua depro-
me preconia. En baptista sanctitatis deus
preco nouitatis prodit res miracula. Ver-
bum preit ueritatis uox eterne claritatis
solem iubar seculi. In signis spectaculi
forma norma populi iohannes monstra-



tur. Vite prefert gratiam et ad peniten-
ti- am populos incita tur. Hic
est novus predicator vie nove prepara-
tor ad virtutum culmi na. Diem pan-
dit ultionis et perverse natio nis deste-
tatur crimi na. Fructum mater inspe-
ratum cepit dum concepit natum in ste-


rili corpore. Usum lingue dum non credit
pater perdit ipso redit nato dato tempore.
Felix qui tam gaudia salutis prenuncia fe
rens declaratur. Ortum replet lumine omni
maior homine nato predicatur. Lumen
adhuc occultatum reueretur incarnatum
uerbum patris omnium. Dum maria


salutare verbum dedit exultare cepit infans
nondum. O quam pium fert amorem
omnem superans dulcorem virginis presen
cia. Se se matres amplectantur p salu
tis revelantur salutis misteria. Laudes
ergo mirifico volumini per magnifi co vox
amena. Psallat eius preconia laudans



pcetur suffragia plebs egena. Et tu celi
regione virgo martir doctor lume. clementer
expostula. In conspectu summi regis pro-
fessores sancte legis regnare per secula. Amen.
In festo aplor pet' & pauli. Sc.
Iubar mundo geminatur dies
festus renouatur celi luminarium. Petrus
pastor almi gregis paulus doctor summus


legis transeunt ad brauium. Cruce petrus
paulus ense cursum complent sic immense
culmen scandunt glorie. Leti petunt celi
ce los celi terra promant melos lete modu
lantie. Hij sunt nubes choruscantes terram
cordis irrigantes nunc rore nunc pluuia.
Hij precones noue legis et ductores noui gre

gis ad xpisti presepia. S[illegible] nimia cognata

virtutum aromata profundunt odores. Re

gis vincla verbere in famem sitim asperita

nunciant amoris. Laus communis est

amborum cum sint tamen singulorum dig

nitates proprie. Petrus preit principatu pau


lus pollet magistratu totius ecclesie. Petrus

tales uere lucas fert mucrsus penam crucis pau-
lus ictum pugionis nec diuerse passionis sunt
diuersa premia. Pater summe dignita-
tis summo regi conregnatis uincla nostre
prauitatis iste soluat potestatis efficax senten-
cia. Amen. De sancta maria magdalena Seq.

Monti syon dat uiuorem ros hermon et


iuuor florē fecundū in grā. Ad honorē magdale
ne roris huius ībre plene sollēpnizēt om̄ia. Rigās
mōtes grāuū ad guallē lacrimaꝝ ros celestis effluit.
Ubi iacens magdalena lacrimarum imbre
plena xpisti pedes abluit. Abluentis cor fe
cundat et tergentis corpus mundat a culparū
sordibꝫ. Mandat pacem osculanti ꝛ unguen-


tis abundanti largus est muneribz. Auster
fugans aquilonem lux illustrans ratio
nem in amore perficit. Grande signum pieta
tis mox purgatam a peccatis sibi sponsam efficit.
Dulcis luctus dulcis clamor dulcis magis ar
deus amor in tali connubio. A dilecti nulla sor
te. nec in vita. nec in morte lassatur obsequio.


Lugens astat morienti sed congaudet resur
genti eius narrans gloriam. Et regnantem
confitetur dum in cruce profitetur uitam soli
tariam. Nouis modis ubi rapta nouis de
num donis apta sponso gaudet premijs. Ad
hanc partem quam elegit ducat nos qui nunc
dum regit eius patrocinius. A men.

In utraqz festo beati dñici sequentia.

In celesti ierarchia noua sonet armonia nouo ducta cantico. Cui concordet in hac uia nostri duci melodia congaudens dominico. Ex egypto uastitatis uirum sue uoluntatis uocat actor seculi. In fiscella paupertatis flumen transit uanitatis pro salute populi. In figura catuli predicator seculi ma-


matri premonstratur. Portans ore fa-
cculam ad amoris regulam populos invita-
tur. Hic est novus legis lator hic he-
lyas emulator et detestans crimina. .
Vulpes dissipat sansonis ⁊ in turba gede-
onis hostis fugat agmina. A defunctis re-
vocatum matri vivum reddit natum


viuens adhuc corpore. Signo crucis ymber
cedit turba fratrum panem e dit iussu
dei munere. Felix per quem gaudia tota
iam ecclesia sumens exaltatur. Orbem re
plet semine in celorum agmine tandem
collocatur. Iacet granum occultatum sy
dus latet obumbratum sed plasmator

omnium. Ossa ioseph pullulare sydus iubet

radiare in salutem gentium. O quam pro

bat carnis florem omnem superans odo

rem tumuli fragrantia. Egri currunt et cu

rantur ceci claudi reparantur virtutum fre

quentia. Laudes ergo dominico personemus

munera ad uoce plena. Clama petens

suffragia eius sequens uestigia plebs e-
gena. Sed tu pater pie bone pastor gregis
et patrone prece semper sedula. Apud eundem
summi regis dilecti uices gregis commenda-
per secula. Amen.

In assumptione beate
virginis. Sequentia

Salue mater saluatoris uas electum uas
honoris uas celestis gratie. Ab eterno uas pro


nisum uas insigne uas excisum manu sapi
entie. Salue uerbi sacra parens flos de spi
na spina carens flos spineti gloria. Porta
clausa fons ortorum cella custos unguento
rum cella pigmentaria. Salue decus uirginum
mediatrix hominum salutis puerpera. Vir
tus temperantie rosa pacientie nardus odo·


risera. Salue mater pietatis et totius tri
initatis nobile triclinium. Verbi tamen
incarnati speciale maiestati preparans hospi
cium. O maria stella maris dignitate sin
gularis super omnes ordinatis ordines celesti
um. In supremo sita poli nos commenda
tue proli ne terrores siue doli nos supplantent

iustitiam. In precinctu constituti te tuente simus

tuti prauitati & uersutie tue cedat uis uirtuti dolus

prouidentie. Ihesu uerbum summi patris serua

seruos tue matris salua reos salua gratis & nos

tue claritatis configura glorie. Amen.

De sancto ludouico sequentia.

Regem regum ueneremur & de regis glorie

mur ludouici gloria. Ex francorum regum cu


us beatorum regni uiua possidet in patria. Xpistū
xpisto conformatum magnum fecit et beatum uir-
tutum immensitas. Longum fides amor latū
altum spes sed non elatum profundum humili-
tas. Vultum laruis dauid regis ezechie ze-
lum legis et iosie studium. Dictus uelut la-
cus dator uite custos ut amator in xpisto uiuen-


cũ. Orbis signis illustrat ub᷑ capto regi restaurat
pdā ꝑit. Uita datur mortuis claudis gressus
lux obscuris ⁊ captiuis reditus. Certus deum
de corona maris undis dempto iona celi portū
tenuit. In extremis successorem informauit
et cultorem esse dei docuit. Uita uiuens le
atorum felix regnat rex francorum in beatis


sedibꝫ. Supplicemus sancto regi nos sancto
rium iungi gregi pius eius precibꝫ. A
In festo sci augustini sequentia.
De profundis tenebra- men.
rum mundo lumen exit clarum ⁊ scintillat
sydere. Olim quidem vas erroris augustinus
vas honoris datus est ecclesie. Verbo dei dñ
obedit ardet errans et accedit ad baptismi gra

ciam. Quam in primis declaratur verbis sa-
ptis exarantur erroris fallaciam. Firmans fide
formans mores legis sacre perversores verbi ne-
cat gladio. Obmutescat fortunatus cedunt ma-
nes et donatis tante lucis radio. Mundus
marcens et manus ⁊ doctrinis tritus varius per
pestem leticiam. Multum cepit fructum ferre

dium in fines orbis terre fidem sparsit unitam.

Clericalis uite formam conquadrant iuxta

normam cetus apostolici. Qui quisque nil

ualebant tanquam suum sed uiuebant in com-

mune clerici. Sic multorum pro salute diu

uiuens in uirtute bona tandem senectute dor-

miuit cum patribz. In extremis nil legauit qui



In natiuitate bea te uirginis ℟ Sequentia.


Natiuitas marie virginis que nos la-
uit a labe criminis celebratur hodie dies
est leticie. De radice iesse propaginis
plane eduxit sol veri luminis manu sapi-
entie sue templum glorie. Stella noua
nouiter oritur cuius ortu mors nostra ou-
tur eue lapsus iam restituitur in maria.


Ut aurora surgens progreditur uelut luna
pulchra describitur super cuncta ut sol eligitur
uirgo pia. Virgo clemens ⁊ uirgo unica uir-
ga fumi sed aromatica in te celi mundique fa-
brica gloriatur. Te signarunt ora prophetica
tibi canit salomon cantica canticorum te uox
angelica protestatur. Verbum patris processu tem-

patris intra tui secretum corporis in te totum et to-

tum deforis simul fuit. Fructus uiuens arentis

arboris xpistus gygas immensi roboris nos a nexu

funesti pignoris eripuit. O maria dulce com-

mercium intra tuum celasti gremium quo sa-

lutis reis remedium indulgetur. O uera spes

et uerum gaudium fac post uite presentis stadium


cum ut optatum in celis brauium nobis detur.
In festo omn scõ. seqn.
Superne matris gaudia Amen.
representet ecclesia. Dum festa colit annua
suspiret ad perpetua. In hac ualle miserie ma-
ter sucurrat filie. Hinc celestes excubie nobis
cum stent in acie. Mundus caro demonia di-
uersa mouent prelia. In cursu tot fantasmatum


tiulatur cordis sabbatum. Dies festos cognatio
simul lex habet odio. Certat qz pari federe pacem
de terra tollere. Confusa sunt hic omnia spes
metus meror gaudium. Vix hora uel dimidia
fit in celo silentium. Quam felix illa ciuitas
in qua iugis sollempnitas. Et quam iocunda
curia que cure prorsus nescia. Nec languore hic


nec senium nec fletus nec terror hostium sed una
uox letantium et unius ardor cordium. Illic ci
ues angelici sub ierarchia triplici trine gaudent
et simplici se monarchie subici. Mirantur nec de
ficiunt in illum quem prospiciunt fruuntur nec
fastidiunt quo frui magis sitiunt. Illic patres
dispositi pro dignitate meriti semota iam caligine


lumen vident in lumine. Hi sancti quorum hodie
recensentur sollemnia. Nunc revelata facie re-
gem cernunt in gloria. Illic regina virginum
transcendens culmen ordinum. Excuset apud
dominum nostrorum lapsus criminum. Nos
ad sanctorum gloriam per ipsorum suffragia.
Post presentem miseriam xpisti perducat gratia.


Amen.
In cōmemoratione beate uirginis in sabbatis. In aduentu dni. Sequentia.
Verbum bonum et suaue personemus illud
aue per quod xpisti fit conclaue uirgo dei filia.
Per quod aue salutata mox concepit fecundata
uirgo dauid stirpe nata inter spinas lilia. Aue
ueri salomonis mater uellus gedeonis cuius ma
gis tribz donis laudant puerperium. Aue solem

genuisti aue prolem protulisti mundo lapso con-
tulisti uitam et imperium. Aue mater uerbi
summi maris portus signum diuini aromatum
uirga fumi angelorum domina. Supplicamus
nos emenda emendatos nos commenda tuo na-
to ad habenda sempiterna gaudia. Amen.

A natiuitate dñi usque ad purificationem sequentia.

Letabundus exultet fi-

celus chorus Alleluya. Tpre paschali sequentia.

Virgini marie laudes concinant xpistia-
ni. O beata domina tua per precamina re-
conciliencur. peccatores. Fiant per te liberi
a fermento ueteri uictime paschalis precepto-
res. Da nobis maria uirgo clemens & pia.
Aspectu xpisti uiuentis & gloria fiui resur-

tentis

gentis. Tu prece nos pia xpisto reconcilia.

Que sola mater intacta es genitrix verbi dei facta. Credendum est ex te deum 7 ipm

iam ascendisse

nem natum resurrexisse glorificatum. Sci

ascendisse sup celos

mus xpistum surrexisse ex mortuis vere con

serva mater nos et tuere. Alleluya.

A festo scē trinitatis usq̃ ad adventū ī sabbatis qn̄ de bā virgine celebr̄. seq.

Hodierne lux diei celebris

in matris dei agitur memoria. Decantemus
in hac die semper virginis marie laudes et
preconia. Omnis homo omni hora ipsam
ora et implora eius patrocinia. Psalle psalle
nisu toto oris cordis voce voto ave plena
gratia. Ave regina celorum in experta vi-
ri thorum parens patris nescia. Fecundata


sine uiro genuisti modo miro genitorem fi-
lia. Fusa celi rore tellus fusum gedeonis
uellus deitatis pluuia. Florens ortus au-
stro flante porta clausa post et ante uia ui-
ris inuia. Salue splendor firmamen-
ti caliginose menti desuper irradia. Placa
mare maris stella ne inuoluat nos procella

et tempestas obuia. Amen. Alia.

Aue mundi spes maria aue mitis aue pia aue plena gratia. Aue uirgo singularis que per rubum designaris non passum incendia. Aue rosa speciosa aue iesse uirgula. Cuius fructus nostri luctus relaxauit crimina. Aue cuius


uiscera contra iuris federa edixerunt filiū.
Aue carens simili mundo diu flebili repa
rasti gaudium. Aue uirginum lucerna
per quam fulsit lux superna his quos
umbra tenuit. Aue uirgo de qua nasci et
de cuius lacte pasci rex celorum uoluit.
Aue gemma celi luminarium. Aue san

cti spiritus sacrarium. O quam mirabilis 7
quam laudabilis hec est virginitas. In qua
per spiritum sancta paraclitum fulsit fecun-
ditas. O quam sancta quam serena quã
benigna quam amena esse virgo creditur.
Per quam servitus finitur porta celi aperi
tur 7 libertas redditur. O castitatis

filium tuum precare filium qui salus est hu

manum. Ne nos pro nostro vicio in

flebili iudicio subiciat supplicio. Sed nos

tua sancta prece mundans a peccati fece.

Collocet in lucis domo amen dicat omnis

Iubilemus in hac die quam Alia. Ympno.

regine celi pie dicavit ecclesia. Hec est di


es in qua sua uota tibi uirgo tu a red
dit hec familia. Omne seclum omni di
e seruit uirgini marie sed in hac deuotius.
In hac psallas in hac ores. in hac lau
des et labores et cantes iocundius. Vir
go que non habet parem diem sibi singu
larem non iniuste uendicat. O quam


digne sibi dari diem hunc et consecrari
res inspecta predicat. Hodierne lux di
ei dies fuit requiei plasmatoris omniū.
Sic quievit maria dum ipsius in lac
tea virgo fit hospicium. Cuncte tunc sunt
creature facte dum opus nature complet
deus hodie. Universa tunc refecit dum


in matre qui nos fecit complet opus gra
ae. Dies o lim benedicta dies quam
sancta di cta fuit ista septima. Quam
benedicta dicaris sanctius virgo singula
ris & quam sis sanctis sima. Dum
transis ad gaudia suum diem relinquens
peno suum dies est. lux medi a. Hec



de penis nos eduxit mediatrix et addu cit
ad superna gaudi a. In hac die dum
desperat grex pusillus qui tunc erat fidem te-
nect firmius. In hac die suspirantes ad se
seq; deprecantes obaudit frequentius. Vene-
remur ergo fratres ut sanxerunt sancti pa-
tres in hac die virginem. Exor antes ut


conducat nos hic et tandem perducat ad
illam dulcedinem Amen. Alia.
Tibi cordis in altari decet preces
immolari uirgo sanctissima. Nam cum
in se sit incepta tuo nato sit accepta per te
precum uictima. Per te deum adit reus
ad quem per te uenit deus tu amborum


media. Pro peccatis immolato peccato
rum presentato precum sacrificia. Nec
abluere peccatores sine quibus numquam
fores tanti mater filii. Si non essent
redimendi nulla tibi pariendi redempto
rem ratio. Pro his facta singularis
super cuncta principatus sub supremo pri

cipe. Ergo uirgo sic promota causa no-
stri nostra nota promouenda suscipe.
Quod si reos sancta spernis ut quid
sis preclara tantis reatibus respice. Tu-
orum aduocata per te sit ipsorum grata
causa coram iudi- ce. Amen. Alia.
Stella maris o maria expers paris p-


rens pia plebem tuam respice. Vitam
portans vite porta nos supportans nos
conforta nos q[ue] fortes effice. Tu manu-
na sancte sp[irit]i mater bona mater dei
virgo vena venie. Tu suavis delicata
celi clavis fabricata manu sapientie.
Spes salutis pacis portus vias virtutis


florens ortus aromatum acta. Tu sere
na sole uetio cella plena uino mero gra
num sine palea. Tu fecunda tu fecun
dans mater munda mundum mundans
exemplar mundicie. Tu magistra gene
ralis tu ministra specialis dulcoris et gratie
Pietatis fons amenus caritatis calix ple-

nus deuotos inebrians. In deuotis tu uir-
tutem et egrotis dans salutem reos recon-
cilians. O benigna uirgo gaude summa
digna summa laude summe uenerabilis.
Gaude rosa pura decens speciosa semper re-
cens flos inmarcessibilis. Stirps beata
fac placatum patrem nata parens natum

nobis peccatoribus. Ut te duce serui tui possint

luce uera frui cum choris celestibus. Amen. Al.

Aue uirgo uirginum aue lumen luminum

aue stella preuia. Mediatrix hominum ab

iutrixque criminum aue uirgo regia. Casti

tatis lilium consolatrix omnium peccatorum

uenia. Munda sordes scelerum cicatrices


uulnerum terge plena gratia. De peccati
cumulo ipse carnis seculo libera nos maria.
Tu nostrum refugium da reis remedium
procul pelle vicia. Infirmos tu visita mor
tuos resuscita da mestis solatia. Per te iu
stis gratia per te reis venia datur ⁊ leticia.
Virgo carens simili tu que mundo flebili

simul tu que mundo flebili contulisti gau

dia. Nos digneris iungere ut cum xpisto in

uenire possimus in gloria. Amen. Alia.

Pater patris nati nata specialis aduo

cata peccatricis anime. Aures tue pieta

tis ad nos uertens a peccatis te laudan

tes emunde. Regi regum te fecisti thala

nuum dum credidisti gabrieli nuntio.

In te nostra est natura non secundum

sua iura dei nupta filio. Ab eterno ge-


neratus temporalis est et natus ex ma

tra virgine. Mundi salus fit puella

dum in sua deus cella homo fit pro ho

mine. Audi prius in auditum verbum


ptus est uestitum nostre carnis sacculo.
Lactat nata genitorem solem fouet stilla
torem surgit fons de riuulo. Virgo ma
ter mater dei te rogamus seruos rei a pecca
ti carcere. Educ nos potenti prece nobis
detur iuncta nece tecum semper uiuere. Amen.
Salue sancta xpisti parens salue


uirgo salue carens salue decus uirginum.
Salue uirgo singularis saluatorem sal
ua paris ⁊ ancilla dominum. Concepisti
uirgo deum paris lactas nutris cum pro
preclaris studio. Cibum pani potum fon
ti uictum uite cunas monti louis in
presepio. Tu nature contra ritum cr


angusto infinitum ventre profers puella.
Primo deum stella solem nata patrem vir
go prolem antiquum iuvencula. Uno
sinu fovens agnum et leonem parvum
magnum genitorem filium. Coeternum
eternum q3 idem eum est utrumq3 finis
et principium. Virgo munda nos eum

da ne nos trahat mors secunda tue dono

gratie. Nos informent mores mundi nec

deforment carnis mundi et luxus insidie.


Ortus clausus fons signatus petra de

qua fructus natus arbor est fidelium. Vir

ga iesse promens florem cuius aurit in

odorem sanctorum collegium. Amen. Al.


Aue uirgo graciosa uirgo mater glo
riosa mater regis glorie. Aue fulgens
margarita per quam uenit mundi uita
xpistus sol iusticie. O oliua fructifica tu
pietatis uiscera nulli claudis hominum.
Nos caules letificas ut uitis dum fructi
ficas saluatorem dominum. Aue uirgo


mater dei tu superne sol die i et nun
ci noctis luna. Clementior preceteris suc
curre nobis mise ris mortalium spes u
na. Ave decus virginale templum dei spe
ciale. per te fiat veniale omne quod com
misimus. Tu nobis es singularis tu nos
ducas stella maris tu nos semper tuearis


en ad te confugimus. Ad te pia suspiramus
si non duas deuiamus ergo doce quid aga
mus post hunc finem ut uiuamus cum sa
ctis perenniter. Jhesu xpiste fili dei tota sa
lus nostre spei tue matris interuentu ange
lorum nos contentu fac gaudere iugiter
Aue uirgo gloriosa celi iubar al'. Amen.


mundi rosa celibatus lilium. Aue gemma
preciosa super solem speciosa uirginale gau
dium. Spes reorum es maria redempto
ris mater pia redemptorum gloria. Finus
leti tute uia tibi triplex ierarchia digna
dat preconia. Virga iesse florida stella
maris fulgida sydus uere lu cis. Fiu


ctum vite proferens et ad portum transferens
salutis quos ducis. Florens ortus egris
gratus puritatis fons signatus dans flu
enta grati e. Thronus veri salomo
nis quem preclaris celi donis ornauit ver
glorie. O regina pietatis et totius sancti
tatis flamen indeficiens. Ad te flentes

suspiramus te gementis invocamus eue
proles misera. Statum nostre pauperta
tis vultu tue bonitatis clementer conside
ra. Cella fragrantis aromatum apotheca
karismatum salutaris. Tuam nobis fra
grantiam spirans infunde gratiam qua
ditans. Dulcis ihesu mater bona mun



Passer au 3e des feuillets suivants



In Ord. Sti Ambr. Offert.

In festo S. Raymūdi Conf. Ord. Praed.



Passer au 3e. feuillet suivant CCCLVII


munda xpistiana. Deum more collaudat
gens lectore gallicana. Qui post regnum
labile ad inestimabile se sublimavit. Lu-
cidorum solium turmis que letancium sona-
vit. Hic licet et germine prime natus
femine delinquentis. Fugato peccamine
mansit in dulcedine pie mentis. Celi rex

delicias filio familias reseruauit. Inuitauit

filium pater ad conuiuium quem amauit.

Fulgentem in habitu a celorum ambitu cum

rubrus cetu non proiecit. Quem sanctum

miraculis crebris in articulis prouectis & par

uulus patefecit. In uite misere lapsis itine

re lubrice rex compatere. De nobis cogita

Revenir au feuillet
précédent –
En tête, Prece resuscita.

transposto


ctis clemens et benigna operum suffragio.
Cecis lumen claudis uia nudis martha
et maria mentis desiderio. Inter spinas
flos fuisti sic flos flori peperisti pietatis gra
tia. Verbum uerbo concepisti regem re
gum peperisti uirgo uiri nescia. Regi
nato adhesisti quem lactasti et pauisti mo

re matris debito. Que coniuncta nunc ei

dem es regina facta prudens oportuit pro me

rito. Reis ergo fac regina apud regem

ut nostra relaxentur debita. Et regnare

fac renatos a reatu expurgatos pietate

solita. Amen. De sc̄o ludouico sequentia.

Letabunda psallat plebs cum mente

Transposition — passer au feuillet précédent


Hic Raymūdꝰ nuncupatus sanctitate
cūctis gratꝰ plenꝰ celi munere. Nomē
Christi venerandū, cūctis proponit
amandū, signis et virtutibꝰ. Ceci vident
claudi currūt, tumulati iam resurgūt
virtute mirifica. Omne genꝰ egrotoꝝ
turba omnis egenoꝝ persentit presidiū.
Qualis quantꝰ sit Raymūdꝰ quibꝰ donis




Fin du manuscrit
primitif


Dies ire dies illa solvet seclũ in favilla teste david cum sybilla. Quantus tremor est futurus quã-do iudex est venturus cuncta stricte discussurus. Tuba mirum spargens sonum per sepulchra regionum coget omnes ante thronũ. Mors

Addition faite
après coup.

stupebit et natura cum resur-
get creatura iudican ti respon-
sura. Liber scriptus proferetur
in quo totum continetur unde
mundus iudicetur. Iudex er-
go cum sedebit quicquid latet
apparebit nil inultum remane-

uit. Quid sum miser tunc dicturus
quem patronum rogaturus dum
vix iustus sit securus. Rex tre-
mende maiestatis qui saluandos
saluas gratis salua me fons pi-
etatis. Recordare iesu pie quod
sum causa tue vie. ne me per das


illa die. Querens me se disti la
ssus redemisti crucem passus tan
tus la bor non sit cassus. Iuste
iudex ultionis donum fac rēmi
ssionis ante diem rationis.
Ingemisco tanquā reus culpa
rubet vultus meus supplicanti


parce deus. Qui mariam ab-
soluisti et latronem exaudisti
mihi quoque spem dedisti. Pre-
ces mee. non sunt digne. sed tu
bonus fac benigne ne perenni
cremer igne. Inter oues lo-
cum presta et ab hedis me se-


questra statuens in parte dex-
tra. Confutatis maledictis
flãmis acribus adictis voca
me cũ benedictis. Oro su-
pplex et aclinis cor cõtritum
quasi cinis gere curam mei
finis. Lacrymosa dies illa

qua resurget ex fauilla. Iu-

dicandus homo reus huic


ergo parce deus. Pie jesu

domine dona eis requiem.

Amen.

Fin du tout.

Tract9 de s[tiss]. Sacrameto temp. Sep[ª].



Le Kirie tout double se ioue en bas, en D la r
Le Gloria en bas, en E si mi.
Quand on chante ce Kirie en haut, cest du 2. to
le Gloria en haut du 1. ton en A mi la.
Sanctus, et Agnus, du 6. en f ut fa.

Le Kirie double du 2. ton. Le Gloria du 1. ton.
a mi la. 6. Agnus Dei. f ut fa. 6.
Le Kirie des Anges toute la Messe du 6.e ton
f ut fa.
Le Kirie de pasques du huitieme.
Le Kirie simple du 2. ton et tout le reste
de la messe.
Le Kirie des octaues du 6.e f ut fa
Le Gloria le Sanctus et Agnus du 4.
~~[illegible]~~l. en e si mi.
Le Kirie de Monsieur Niuer. La premiere
messe est du huitieme ton. ge re sol.
toute la messe de mesme. La seconde
messe est du 2. et toute la messe.

127 cax

PRECESPIÆ

M S. NOTE

